

Christian Ohm Albert Buchow

Disputatio Tertia De Usuris

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730873315>

Druck Freier  Zugang



Chr. Ohm (Mit Bucher) / Vert. 1a
R. U. im 1620.

DISPUTATIO TERTIA
DE
USURIS

Quam

D. T. O. M. A.

*Consensu & Autoritate Amplissimi Jctorum
Ordinis in celeberrima Rostochiensis Academia*

PRÆSIDÈ

ELARISSIMO ET CONSULTISSIMO VIRO,

DN. CHRISTIANO *OHSM*
J. D.

Publicè defendet

ALBERTUS BUCHOW
Sundio-Pomeranus


Die 31. Majj In auditorio Majori.



ROSTOCHI

Typis suis exscripsit Joachimus Pedanus,

ANNO M. DC. XX.



Prudentissimo Spectatissimoq; Viro,

DN. BALTHASARI
PREUSSEN.

Senatori Patriæ dignissimo Patri suo
honorando.

S.

Quando primùm, Parens Humanissime, oris
patrijs exivi, cogitari statim de specimine
quodam Senioribus impostrum edendo. Hactenus
autem dum me Gryphiswaldium tenuit, sacram
Themidin privatim colui, nunc cum ulterius in hoc
Rosetum deveni, roseos ipsa cultus publicè meretur.
Quos cum delinatos alicujus nomini donare discu-
perem, incidit mihi (Fato sic regente) tuum paren-
tis jucundum nomen. Accipe igitur hos Novellos
cultus, animo fervente, quos si videro adblandiri,
Titubantem hunc in re literaria cursum meum
non stimularis, non confirmabis tantum: sed cau-
sam quoq; dabis ulterius progrediendi. Caterum
clementia divina te quam commendatissimum
cupio. Parens amantissime longos annos firmiter
Vale.

ALBERTUS BUCHOW
defendens.



THESIS I.



Accessionum in AEdilitio

Edicto cum saepius fiat mentio, annectitur Titulus de usuris, cujus usus esse potest in omnibus Judicijs b. fid., stricti Juris & arbitrarijs. *Cujac. in parat. ff. h. t.*

II.

Usura nomen accepit ab usu q. merces ac pretium usus, quasi enim locata pecunia ejus locationis nomine merces aliqua accipi videretur. *arg. l. socium 60. ff. pro socio l. Deducta §. 6. ad SCtm. Trebell.*

III.

Est autem Usura ad sortem sive quantitatem quae debetur quacunq; ex causa accessio ex conventionemve ex officio Iudicis *l. Frumenti 12. C. h. tit. Cujac. in parat. ff. h. t.*

IV.

Dividitur usura in duas species, quarum altera Foenus dicitur, Altera Usura in Specie appellatur. *tot. tit. de usur. tot. tit. de Nautico Foen.*

V.

Foenus à foetu dictum est ad sortem mutuo acceptam accessio. Usura in specie est etiam ad quantitatem ex quacunq; alia causa debitam accessio. *Cujac. in parat. ff. de Nautic. Foen.*

VI.

Debentur usuræ in bonæ fidei Judicijs, non tantum ex stipulatione sed etiam ex pacto in continenti adjecto & mora arg. l. Jurigentium 7. §. Quinimo 5. ff. de pact. l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. & seqq. ff. h. t. l. Mora 32. §. in bon. f. 2. ff. h. t.

VII.

Mora fieri-Intelligitur non ex re sed ex persona i. e. si interpellatus oportuno loco non solverit, quod apud judicem examinabitur, nam ut & Pomponius lib. 12. Epist. scripsit, difficilis est hujus rei definitio. l. Mora 32. ff. h. t.

VIII.

Frumenti tamen vel hordei mutuo dati accessio etiam ex nudo pacto præstanda est. l. Frumenti 12. C. h. t.

IX.

Oleo vel quibuscunq; fructibus mutuo datis incerti pretij ratio additamenta usurarum ejusdem materiæ suavit admittere, l. oleo 23. C. h. t.

X.

Si Civitates alicui mutuam pecuniam dederint, etiam ex nudo pacto usuræ Creditarum ab eis pecuniarum debentur l. etiam 30. ff. h. t.

XI.

Per retentionem pignoris usuras servari posse de quibus præstandis Convenit, licet stipulatio Interposita non sit, sacratissimi Imperatores Constituerunt. l. Per retentionem 4. C. h. t.

XII.

Ex pacti quoq; conventionione usuræ solutæ, neq; ut Indebitæ repetuntur neq; in sortem accepto ferendæ sunt l. Quamvis 3. C. h. t. l. in his 5. §. Imperator 2. ff. de solut.

In

XIII.

In stricti Juris Judicij usuræ non nisi ex stipulatione debentur, *l. Idemq, 10. §. si quis 4. ff. mandat.*

XIV.

Cùm de in rem verso cum hærede patris vel domini ageretur & usurarum quæstio moveretur, Imperator Antoninus ideo solvendas usuras Judicavit, quod eas ipse dominus vel pater longo tempore præstitisset *l. cum de in rem verso 6. in pr. ff. h. t.*

XV.

Si certis annis, quod nudo pacto convenerat, datum fuerit, ad præstandum imposterum indebitum solutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit, nisi placitis stipulatio Intercesserit *l. si certis 28. C. de pact.*

XVI.

Cum judicio b. fid. disceptatur, arbitrio judicis usurarum modus ex more regionis, ubi contractum est, constituitur, ita tamen ut legi non offendant *l. 1. in pr. ff. h. t.*

XVII.

Per modum quantitas usurarum Intelligitur, ea olim alia fuit, alia nunc est. Olim legitima usura fuit centesima, *l. si pro mutua 2. C. si cert. per.*

XVIII.

Centesima erat, quæ incenenos reddit duodenos quotannis, atq; ita dicebatur, quod ejus pars centesima sit menstrua & legitima *l. Nihil interest 4. ff. de nau. facn.*

XIX.

Super hac usurarum quantitate Justinianus Imperator generalem sanctionem facere necessarium esse duxit, veterem duram & gravissimam earum molem ad mediocritatem deducens. Ideoq; Jussit Illustribus personis si-
ve eas præcedentibus minimè licere ultra tertiam partem

A 3

cente-

centesimæ usurarum nomine in quocunq; contractu vili
vel maximo stipulari *l. eos qui 26. §. super. 1. C. h. r.*

XX.

Illos vero qui Ergasterijs præsumunt vel aliquam licitam negotiationem gerunt, usq; ad bessem Centesimæ usuræ usurarum nomine in quocunq; contractu suam stipulationem moderari. *d. l. eos. 26. §. super. 1. vers. Illos v. C. h. t.*

XXI.

In trajectitijs autem contractibus vel specierum fœnoridationibus usq; ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere licet, veteribus legibus hoc erat concessum. *d. l. eos 26. §. super 1. vers. In trajectitijs. C. h. t.*

XXII.

Ceteros autem omnes homines dimidiam tantummodo Centesimæ usurarum nomine posse stipulari, & eam quantitatem usurarum etiam in alijs omnib. casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi usuræ solent. Nec liceat iudici memoratam augere taxationem, occasione Consuetudinis in regione obtinentis. *d. l. eos, qui 26. §. super 1. vers. ceteros C. h. t.*

XXIII.

Si quis autem aliquid contra modum fecerit hujus Constitutionis, nullam penitus de superfluo habeat actionem. Sed etsi acceperit, in sortem hoc imputare compellerur, interdicta licentia creditoribus ex pecunijs fœmomi dandis aliquid detrahere vel retinere filiquarum nomine vel sportularum vel alterius cujuscunq; causæ gratia. Nam si quid hujusmodi factum fuerit Principale

pale debitum ab initio ea quantitate minuetur, ut tam-
ipfa minuenda pars quam usuræ ejus exigi prohibeantur
d. l. eos 26. §. super 1. vers. si quis C. h. t.

XXIV.

Hodiè in Imperio Romano non tantum Constitutio-
tionibus Imp. Maximiliani 1. Anno 1500. Caroli V. Anno
1530. & 1548. Sed etiam electoralibus Anno 1555. pro-
mulgatis usuræ quincunces indifferenter omnibus sunt
permisæ *d d. Constit. sub. Tit. von Wucherlichen contra-
cten. Ordin. provinc. saxon. tit. von Wuchern vnnnd Wus-
cheren.*

XXV.

Curfus usurarum ultra duplum minimè procedere
conceditur, nec si pignora quædam pro debito creditori
data sint, quorum occasione quædam veteres leges, &
ultra duplum usuras exigi permittebant. Quod & in b. fid.
judicijs ceterisq; omnibus casibus, in quibus usuræ exi-
guntur Imperator censuit *l. De usuris 27. §. Cursum 1.
C. h. t.*

XXVI.

Lege ab eodem quoq; definitur, nullo modo licere
unquam usuras præteriti temporis vel futuri in sortem re-
digere, & earum iterum usuras stipulari, sed etsi hoc fue-
rit subsequutum, usuras quidem semper usuras manere,
& nullum usurarum aliarum incrementum sentire: forti-
autem antiquæ tantummodo incrementum usurarum ac-
cedere *l. ut nullo 28. C. h. t.*

XXVII.

Imperatores quoq; Diocletianus & Maximianus
credi-

creditoribus improbum fœnus exercentibus, & usuras
usurarum illicitè exigentibus infamix maculam Irrogan-
dam esse censuerunt. *l. Improbum 20. C. ex quibus causis
infam. irrog.*

XXVIII.

Eos qui principali actione per exceptionem 30. vel
40. annorum siue personali siue hypothecaria cecide-
runt, Imperator jubet non posse super usuris vel fructibus
præteriti temporis aliquam movere quæstionem. Prin-
cipali enim actione non subsistente satis supervacuum
est super usuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.
l. eos 26. in princ. C. h. t.

XXIX.

Adversus creditorem usuras majores ex stipulatu pe-
tentem, si probetur per certos annos minores Postea con-
secutus, utilis est pacti exceptio. *l. adversos 5. l. Quamvis
8. C. h. t.*

XXX.

Si creditori, qui ex causa pignoris obligatam sibi rem
tenuit, pecunia debita cum usuris testibus præsentibus
offeratur, eoq; non accipiente ob signata ea deponatur,
usuras ex eo tempore quo obtulit debitor præstare non
cogetur. Absente vero creditore præses super hoc inter-
pellari debet. *l. si creditrici 6. C. h. t.*

XXXI.

Debitor qui pecuniam tantum consignavit & depo-
suit, creditori tamen non obtulit, æquitatis ratione adhuc
usuras præstare cogitur. *l. usuras 2. C. h. t.*

Si per

Si per te non stat quo minus intra tempora præfinita pecuniam minorum solveres usurarum, sed per tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, idque apud Judicem datum probaveris, ejus temporis, quo per te non stetisse apparuerit, usuræ majores non exigentur.
l. si per te 9. C. h. r.

CORONIDES.

Juris Civilis.

I.

Usuras nec naturali, nec divino, nec civili Jure absolute prohiberi cum Treutlero asserimus.

Juris Feudalis.

I.

Num Summos principes obliget Jus Feudale? Utiq; ad observandum si quem inierunt, contractum feudalem.

II.

Utrum Feudum desinat esse beneficium si Interveniatur pecunia? Negamus cum Zafio Schenk & Sonsbecio alijsq; Compluribus.

B

Num

III.

Num Rusticus constituere Feudum
possit? Communi affirmantium sententia
stamus.

IV.

Quid veniat concessione castri cum
Jurisdictione, aut cum Jurisdictione
omnimoda? Priori casu, etiam vasallo Im-
perium mixtum accedit non tantum Ju-
risdictio simplex textu l. 2. ff. de Jurisdic-
casu posteriori, vasallo unà cum castro me-
rum & mixtum, Imperium esse Conces-
sum arg. l. 7. §. fin. ff. de offic. pro cons.
astruimus.

V.

Duobus de eadem re Investitis uter
preferatur? Eum, cui res tradita est Jure
preferimus?

Politicae.

I.

Utrum peregrinatio Expediat futuro
politico. A.

Num

II.

Num Reipub. conducatur indotatas nu-
bere mulieres? N.

III.

Valeat ne consuetudo quâ primo geni-
tus excludit à regni & principatus succes-
sione reliquos? A.

IV.

Num Filius primogeniti præferatur pa-
truo suo In successione ex Jure primoge-
nitorum? A.



Præstantissimo, literatissimo

D^N. R E S P O N D E N T I,
De U^SURIS publicitus disputaturò

Nondum effæta parens tot tantorumq; Virorũ
Extera quos clarat tellus, quos ultimus Ister
Et Boreas gelidus, securaq; regna Canopi
Norunt. Pullulat en Virtus, sterilefcere nescit
Ampla fiet quamvis sobole. Nam parturit hocce
Tempore fœlicis partus; Quis connumerandus
Tuq; venis meritò ter trinis chare ВУСНОВИ,
Quipote

Quipote ceu stimulatus aeu mordace celebris
Fama, per dius E pernox vigilando, sacra-
Juris calcasti callem, qui vepribus auctus
Hamatis, quemq₃ incurvat labyrinthus ubi vis,
Constantiq₃ gradu Xystum decurrere legum
Annisus: (charta hęc sat testis). Digna manebunt
Virtutem studiumq₃ catenatosq₃ labores
Præmia, præstanteis nisus dos larga sequetur.
Nam virtus florem, flos fructum, fructus honorem
Producit, cuius rami sudore virescunt.

Occaptam quare telam pertexere perge
Haut succumbe oneri imposito, Virtute coruscans
Divite, sic magnos laudum cumularis acervos
Sic vires, tua sic florebit garrula fama
Posteritas memorabit anus tua facta BUCHOVI.

Medullit gratulab.

CHRISTOPHORUS PAULI
Grimma-Pomeranus.



II
Num Reipub. con
bere mulieres? N.

II
Valeat ne consuet
tus excludit à regni &
sione reliquos? A.

IV
Num Filius primo
truo suo In successio
nitorum? A.



Præstantissimo
DN. RESPO
De Usuris public

Nondum effœta paren
Extera quos clarat te
Et Boreas gelidus, se
Norunt. Pullulat en Vi
Ampla fiet quamvis sobo
Tempore fœliceis partus;
Tuq. venis meritò ter trin

dotatas nu-

primo geni-
atus succes-

feratur pa-
e primoge-



NTI,
utaturò

rumq. Virorū
ultimus Ister
gna Canopi
escere nescit
parturit hocce
merandus

CHOVI,
Quipote

